



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disp. XI. De lege divina veteri

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

- quia nimis lex non obligat, nisi juxta voluntatem legislatoris, a quo fertur; neque continuat obligationem, nisi perseverante moraliter eadem voluntate: At qui cessante tota & integrâ ratione propter quam legem tulerit, non perseverat moraliter voluntas obligandi: Ergo cessante tota illâ ratione, lex non amplius obligat. Major patet, Minor probatur, quia legislator non habuit voluntatem obligandi, nisi dependenterab illa ratione, & propter illam; sive aetus aliquin habeat intrinsecam bonitatem, sive non: At cessante ratione motivâ, vel causa finali propter quam aliquid volumus, definitio illud velle, cum impossibile sit stare actum voluntatis sublato ejus objecto formaliter: Ergo cessante tota & integrâ ratione propter quam legislator legem tulerit, & voluit eam obligare, cessat quoque voluntas obligandi.
27. Confirmatur: Si lex praecipiat jejunium semel in hebdomada ad Deum placandum propter aliquam necessitatem publicam, cessante publicâ necessitate cessat obligatio jejunij, quamvis citra illam necessitatem jejunium sit actus virtutis habens bonitatem & honestatem intrinsecam temperantia: Ergo quamvis lex praecipiat actum intrinseco bonum, si tamen cessat causa ad aquata legis, seu tota ratio motiva propter quam fuit lata, cessat ejus obligatio.
28. Dixi cessante causa adequatâ, quia si lex lata fuit ob plures causas, cessante unâ, modo non cessent aliae propter quas lata est, non cessat obligatio legis. Sicut quia lex baptismi lata est non solum ad tollendum originale, sed etiam ad consignandum hominem Christianâ Religioni, eumque à ceteris sectis distinguendum, & reddendum idoneum & capacem ad reliqua Sacraenta suscipienda; tamen prima causa cessaret, & peccatum originale per sanctificationem in utero matris est sublatum, nihilominus adhuc lex baptismi propter alias causas, propter quas lata est, obligaret.

DISPUTATIO XI.

De lege Divina veteri.

Ad questionem 98. D. Thome usque ad 105.

HAc tenus de lege humana sive differimus, nunc agendum nobis est de lege Divina positiva, cuius necessitatem demonstrat S. Thomas supra quest. 91. art. 4. ubi quatuor assignat rationes, cur lex Divina ultra naturalem & humanam necessaria fuerit.

Primo, inquit, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad ultimum finem. Et siquidem homo ordinaretur tantum ad finem qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oportet quod homo haberet aliquid directivum ex parte rationis supra legem naturalem, & supra legem humanitatis positam, que ab ea derivatur. Sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis aeternae, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ; ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem & humanam dirigatur etiam ad suum finem, legem divinitutis, datam. Secundo, quia propter incertitudinem humani judicij, præcipue de rebus contingentibus & particularibus, contingit de actibus

A humanis diversorum esse diversa iudicia, ex quibus etiam diversa & contraria leges procedunt. Ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendum, & quid virandum, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem divinitutis datum, de qua constat quod non potest errare. Tertiò, quia de his potest homo legem facere, de quibus potest judicare: iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus, qui apparent, & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, ut in utrisque actibus homo rectus existat; & ideo lex humana non potuit cohibere & ordinare sufficienteriores actus, sed necessarium fuit quod ad hoc superveniret lex Divina. Quartò quia lex humana non potest omnia, quæ male sunt, punire, vel prohibere, quia dum auferre vellit omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tolerentur, & impeditur utilitas boni communis, quod est necessarium ad conversationem humana: ut ergo nullum malum improbitum & impunitum remaneat, necessarium fuit supervenire legem divinam, per quam omnia peccata prohibentur.

Licet vero lex divina variè dividiri possit, communis tamen eius divisio est in veterem, quæ à tempore Moysis usque ad Christi passionem & mortem inter Israhilites viguit; & novam, quæ à Christo data & instituta usque ad consummationem saeculi perseverabit. De utraque sigillatim & breviter differendum, & primò de lege veteri, quæ legis novæ & Evangelicæ typus & figura fuit. Unde sit.

ARTICULUS I.

Vtrum lex vetus, bona, utilis, ac perfecta fuerit?

S. I.

Prima pars questi resolvitur.

Augustinus cap. 1. & 46. libri de heresisibus referat Manichæos & Marcionistas, cum duo summa principia invexissent, unum bonorum, alterum vero malorum, credidisse legem veterem malam esse, & à malo principio conditam; novam vero à bono profectam, subinde que optimam ac perfectam. Ut hic error refellatur, & veritas Catholica stabiliatur:

Dico primò, legem veterem fuisse bonam, & sanctam. Probatur, quia Deus fuit legis illius Author, ut ostendemus articulo sequenti: Ergo non potest esse nisi bona & sancta, sicut ipse bonus & sanctus est. Unde Apostolus ad Roman. 7. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Ubi mandatum legis Mosaica dicitur sanctum propter præcepta ceremonialia; iustum propter judicialia; bonum propter moralia, ut notat D. Thomas h[ic] qu. 99. art. 4. Conclusio magis patebit solutione objectionum, & explicatione locorum Scripturarum, quibus legem illam malam fuisse insinuaris videtur.

Obicitur ergo primò: Ezechielis 20. dicitur: Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non vivent: Sed lex non dicitur bona, nisi propter

pter bonitatem præceptorum quæ continet: A *impetus vehementior sit obice opposito; neficio enim, quomodo hoc ipsum quod concupiscitur, sit iucundius, cum vetatur.* Et Chrysostomus homil. 12. in epist. ad Romanos: *Cum quidam concupiscimus, deinde prohibemur, concupiscentia flamma magis attollitur.* Subdit ibidem, hanc concupiscentiae irritationem, non esse vertendam virtutem legi, sed homini. *Lex (inquit) prohibuit, ut te ab eo abducas, peccatum vero, id est segnitias tua, & mens mala, bona in contrarium usque est; verum non id medici crimen, sed egrot, qui quod accepit medicamentum, eo non ergo usus est; non enim ob id legem Deus dedit, ut concupiscentiam accenderet, sed ut resinguaret, &c.*

3. Respondet S. Thomas hic art. 1. ad 1. quod Dominus loquitur ibi de preceptis ceremonialibus, quæ quidem dicuntur non bona, quia gratiam non conferabant, per quam homines à peccato mundarentur, cum tamen per huiusmodi se peccatores offendere, unde signanter dicitur: *Et iudicata in quibus non vivent, id est per quæ vitam gratiam obtinere non possunt.* Secundò responderi potest, per illa præcepta non bona Ezechiel 20. non intelligi legem Mosaicam, sed præcepta hominum non bona, & iudicia iniqua, & superstitiones ab illis introductæ: quæ omnia Deus dicitur dedisse, id est dari permisisse, in poenam transgressionum legis sua. Hunc enim esse verum istius loci sensum, patet ex præcedenti versu 10. & 11. ubi Deus sic loquitur: *Ejeci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in desertum. Et didi eis præcepta mea, & iudicia mea offendere, quæ faciens homo vivet in eis. Insper & sabbatha mea dedi eis, &c.* Ubi per sabbata intelligit præcepta ceremonialia, & per iudicia, præcepta judicialia. Tum addit versus 3. *Et iterum avertim me domum Israel in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt, & iudicia mea non proceperunt, quæ faciens homo vivet in eis;* & sabbatha mea violaverunt vehementer, &c. Ac denique subiungit versus 25. & 26. se in poenam harum transgressionum dedisse eis, id est, permisisse dari, præcepta non bona, &c. alia scilicet à præcedentibus, neque à Deo, sed ab hominibus imposta. Ergo & ego didi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non vivent, &c.

5. Objicitur secundò: Ad bonitatem legis pertinet, ut communi saluti proficiat: Sed lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera, & nociva; dicit enim Apostolus ad Romanos 7. *Sine lege peccatum mortuum erat, ego autem vivebam sine lege aliquando;* sed cum venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum. Et 2. ad Corinth. 3. *Littera occidit, spiritus autem vivificat,* ubi nomine litteræ legem intelligit. Item ad Roman. 5. dicitur: *Lex subintravit, ut abundaret delictum:* Ergo lex vetus non fuit bona.
6. Respondeo cum S. Thoma hic art. 1. ad 2. quod lex dicitur occidere, non quidem effectivè, sed occasionaliter ex sua imperfectione, in quantum scilicet gratiam non conferebat, per quam homines implere possent quod mandabat, vel vitare quod vetabat, & sic occasio ista non erat data, sed sumpta ab hominibus; unde & Apostolus ibidem dicit: *Occasione acceptum peccatum per mandatum seduxit me,* & per illud occidit. Ex hac etiam ratio dicitur, quod lex subintravit, ut abundaret delictum, ut ly ut teneatur consecutivè, non causaliter, in quantum scilicet homines accipientes occasionem à lege, abundantius peccaverunt; tum quia gravius fuit peccatum post legis probationem; tum etiam quia concupiscentia crevit, magis enim concupiscentiam quod nobis prohibetur.

7. Similia docent sancti Patres: Augustinus enim de spiritu & littera cap. 4. quarens cur lex vetus dicatur à Paulo occidere? Responderet, legem dici occidere, quod Spiritus vitam, id est gratiam, vi sua largiri nequirit, & concupiscentiam prohibendo augeret. *Doctrina (inquit) quæ mandatum accipimus, littera est occidens, nisi adhuc vivificans spiritus;* ubi Sanctus noradjuvavit Spiritus, inspirans pro concupiscentia mala, concupiscentiam bonam, id est charitatem. Lex illa, quamvis bona, auger prohibendo desiderium malum fecit aqua.

Tom. III.

impetus vehementior sit obice opposito; neficio enim, quomodo hoc ipsum quod concupiscitur, sit iucundius, cum vetatur. Et Chrysostomus homil. 12. in epist. ad Romanos: *Cum quidam concupiscimus, deinde prohibemur, concupiscentia flamma magis attollitur.* Subdit ibidem, hanc concupiscentiae irritationem, non esse vertendam virtutem legi, sed homini. *Lex (inquit) prohibuit, ut te ab eo abducas, peccatum vero, id est segnitias tua, & mens mala, bona in contrarium usque est; verum non id medici crimen, sed egrot, qui quod accepit medicamentum, eo non ergo usus est; non enim ob id legem Deus dedit, ut concupiscentiam accenderet, sed ut resinguaret, &c.*

Objicitur tertio: Ad Hebreos 8. dicitur veritus testamentum culpâ non vacasse: *Si prius (testamentum) culpâ vacasset, non utique secundi locus inquireretur.* Ergo ex Apostolo lex vetus mala fuit & culpabilis.

Respondeo primit, culpam eo loco non sumi pro peccato, sed pro imperfectione, defectu, & infirmitate; ideoque quando Apostolus dixit, prius testamentum culpâ non vacasse, tandem voluit ipsum testamentum imperfectum fuisse, & habuisse aliquem defectum, eo quod gratiam non conferret, ad perfectum non adduceret, & ad æternam salutem immediate suos observatores non eveneret.

Respondeo secundò, si nomen culpæ pro reatu peccati sumatur, sensu Apostoli est, si vetus testamentum culpâ in seipsa, sed non vacasse culpâ in suis subditis qui eam sepe transgrediebantur, quibusve gratiam viam non dabat ad non transgrediendum, neque culpam transgressionis abolebat vi sua, & ex propriis. Propter quod etiam cap. 7. ejusdem epistolæ ad Hebreos, ait Paulus: *vetus illud mandatum, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem, id est ineficaciam, reprobatum fuisse.*

D. Objicitur quartò: Lex ut sit justa & bona, 11. debet esse possibilis ad observandum, & secundum naturam, & secundum humanam consuetudinem, ut supra ex Isidoro vidimus: Sed hoc non habuit lex vetus, ut donat ex illo Petri Act. 15. *Quid tentatis imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque nos, neque Patres nostri portare potuimus?* Ergo lex vetus non fuit justa & bona.

Respondeo, concessâ Majori, negando Minorem, lex enim Mosaica fuit quidem difficultis, non tamen impossibilis; Dei enim gratia Iudei non desuit, quâ illam adimplere possent, tamen gratiam non daret lex ex propriis, sed ex misericordia Christi venturi conferret. Erat autem difficultis, si conferatur cum lege Evangelica, quâ est facilitior; quia nimis lex Mosaica data fuit Iudeis, qui erant in statu servorum; lex Evangelica data est Christianis, qui sunt in statu filiorum; servorum autem conditio difficultior est quam filiorum.

E. Objicitur quinto: Lex illa mala est, quæ præcipit aut permitit aliqua mala, & à recta ratione aliena: Sed talis erat lex vetus, præcepit enim vel saltē permittebat. Levit. 19. odium inimicorum; unde Christus Matth. 5. dicebat Discipulis suis: *Auditis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum;*

CCCC

tuum:

rum: Ego autem dico vobis, diligitе inimicos vestros. Item Deuteronom. 21. permittitur uxorum pluralitas his verbis: Si habuerit homoplures uxores, &c. & cap. 23. permittitur usura circa alienigenas, & libellus repudii cap. 24. Quæ omnia repugnant legi naturali & recte rationi, ideoq; fuerunt per Christum sublata.

14. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, & ad primam illius probationem dico, falsò supponi oditum inimicorum, præcipi Levi-tici 19. Ibi enim sic dicitur: Non quares ultionem, nec memori eris injurie civium tuorum. Ad id vero quod dicitur Matth. 5. varii varia responderent. Quidam enim affirmant, lictum fuisse apud Judæos odio prosequi inimicos legales, præ Hethæos, Amorrahæos, Philistinos, & reliquos, cum quibus nunquam ex lege pacisci poterant, non tamen privatos & particulares. Alii docent, hac verba fuisse permissiva: quatenus Judæis aliqua, quæ cum lege naturæ pugnabant, ad duritiam cordis permittebantur. Alii probabilius dicunt, hæc verba Matth. 5. Auditis quia dictum est antiqui, &c. tantum arguere interpretationem quorundam Rabinorum deducunt ex iis Scriptura locis, in quibus habetur: Diliges amicum tuum, ex quo per falsam illationem à contrariis inferebant: Ergo odio habendus est inimicus. In hac autem illatione fallabantur, tum quia vox Hebraica, לְרֵאכָה, quæ habetur Levit. 19. vers. 18. significat sodalem, familiarem, socium; unde notat Mercerus in Thesauro Pagnini, quod in novo Testamento vertitur proximus, qui alteri scilicet animo con-junctus est. Igitur non præcisè amicum significat, sed quemcumque proximum; quilibet autem homo, sive amicus, sive inimicus, propter naturæ communitatem, est noster proximus. Tum etiam, quia cum odium inimici sit intrinsecè malum, prægnecque cum illo legis naturæ principio: Quod tibi fieri non videbis, ne feceris, & lex naturalis per legem a Moysi scriptam non esset abrogata, eorum Rabinorum illatio & interpretatione non poterat non esse falsa, & à vero Scriptura sensu penitus aliena.

Ad secundam probationem dicendum, Deum in veteri lege dispensasse cum Judæis, ut plures haberent uxores, & ut per libellum repudi possent uxores dimittere, & alias inducere. De quo fusi in Tractatu de matrimonio disp. 1. & 5.

Ad tertiam respondentem aliqui, Deum tanquam supremum Dominum omnium bonorum dedisse Israëlitis ius accipendi aliquid supra fortē ab alienigenis, subindeque Judæos formerrando nullam commississi injuritiam. Sed melius respondet cum D. Thoma 2.2. quælibet 78. art. 1. ad 2. usuram erga alienigenas non fuisse approbatam, aut permisam in veteri lege, sed tantum impune toleratam pro foro externo & non interno; quemadmodum in Republica minorâ mala, ad vitanda majora, interdum impune à Principib; & Magistratibus tolerantur.

Objicitur sexto: Lex vetus bonorum temporalium abundantiam Judæis promittebat, ut constat ex illo Deuteronom. 28. Sicut data mea ob-servaveris, benedictus es in agro, in civitate egrediens & ingrediens: Sed rerum temporalium abundancia, periculosa & nociva est ut plurimum; qui enim prius sunt in divitiis, sapienter in virtutis, ut inquit Salvianus de providentia. Cui consonat filius Poëta:

Efodiuntur opes irritamenta malorum.

A Unde ab ea abhorruit Salomon, cùm petierit à Domino, Divitias neque paupertatem dederis mihi: Ergo lex vetus mala & nociva observatoribus suis promitebat & conferebat, subindeque bona non erat.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem; abundantia enim rerum temporalium, solidum nociva est, quando in divitiis tanquam in ultimo fine conquefscimus; sed si iis cum moderatione utamur, & cor ab illis abstrahamus, earum abundantia ad salutem utilis esse potest. Unde Augustinus de divitiis loquens, sic ait: Si fuerint supra nos, demergent nos; si fuerint infra nos, attollent nos.

S. II.

Statuitur secunda conclusio, & legis veteræ utilitas declaratur.

D Ico secundò, legem veterem non solum fuisse bonam, sed etiam utiliæ.

Probatur conclusio exponendo varias legis 17. hujus utilitates. Prima est, quod per eam cognoscabant homines se esse peccatores, juxta illud Apostoli ad Romanos 3. Per legem cogniti peccati, & cap. 7. Peccatum non cognovi nisi per legem: Hæc autem cognitio non potuit non esse illis valde utilis & proficia; sicut enim via ad recuperandam sanitatem, est cognitio sua infirmatis; ita via ad gratiam justificantem, est cognitio sui peccati.

Hinc oritur secunda utilitas legis, cùm enim C viderent Judæi se esse peccatores, & indigere Christo Redemptore, coepérunt eum summo desiderio expectare, ut patet ex illo Psalmi 145. Domine, inclina cœlos tuos & descendere. Isaia 64. Utinam disrumpes cœlos, & descenderes. Et iterum: Rorget cœli desuper, & nubes pluant justum. Et Cantus 1. Osculetur me osculo oris sui. In quæ verba, in persona Israëlitarum, præclarè ait Doctor mellifluus: Non loquatur mihi Moses, siquidem imperitorius lingua: & factus est mihi: Jeremias nescit loqui, quia puer est; Isaia labia immunda sunt; omnes Propheta clingues sunt: ipse ipse, quem loquuntur, osculetur me osculo oris sui. Hanc utilitatem brevissimè complexus est D. Augustinus libro de spiritu & littera, cap. 19. cùm ait: Lex data est, ut gratia quereretur; gratia data est, ut lex impleretur.

Tertia utilitas est, quod Judæi per legem Mosiacam, non tantum cognoscabant se esse peccatores, & indigere gratiâ Christi, ut jam datum est, sed etiam pauperrim disponebantur & eruditabantur ad altiorem Christi doctrinam suscipiendam, unde ad Galatas 3. Lex Pedagogus noster fuit in Christo. Præsertim vero, quia talis lex proponebat illis umbras, figuræ, involucra, sub quibus Christus promitebatur. Proponebat, inquam, cruenta animalium sacrificia, ut inde aliturgeter ad investigandum cruentum sacrificium in cruce. Proponebat Circumcisionem, figuram Baptismi; purificationes, figuram penitentie; Agnum paschalem, figuram Eucharistie; xenum serpenter, figuram Christi in cruce pendentes, & sic de ceteris.

Quarta utilitas, Lex Mosæca metu acerbissimorum poenarum Israëlitas in officio continebat, & à peccato deterrebat, sicutque rigore suo valde proderat illis, præsertim cùm propter suam crudelitatem & feritatem aliter in officio contineri non posserent. Unde Hieronymus ad illud

ad

ad Galatas 3. Lex pedagogus noster fuit in A Christo : Pedagogus (inquit) parvulis a signatur, ut lascivis refranctus etiam, & prona in virtu corda te- neantur, dum tenera in studiis eruditur infans, & ad maiores disciplinas metu pene coercuta preparatur. Itaque & lascivienti populo lex Moysis ad instar pedagogi superioris apposita est, ut custodiret eum, & futuram fidem prepararet.

§. III

Statuitur tertia conclusio, & in quo sensu lex Mo- saica impensa fuerit, breviter declaratur.

Dico tertio, licet lex Mosaica fuerit bona & utilis, tamen non fuit perfecta, sed imperfecta, non polita sed negativa & comparativa, id est, minus perfecta, quam lex Evangelica.

Prima pars constat primò, ex eo quod lex Mosaica gratiam iustificantem, in qua perfectio & efficacia ad eternam salutem consequendarunt, non conferret; Joan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et Paulus sapienter ait iustitiam non esse ex lege, sed ex fide in Christum. Et ad Galat. 4. ejus Sacra menta vocat infirma & egena elementa, id est vacua gratia, quam tantum significabant. Et ad Hebreos 7. ait: Nihil ad perfectum adduxit lex.

Hanc rationem egregie illustrat D. Thomas hic art. 1. ubi sic discurrevit: Perfecta bonitas est in his que ad finem ordinantur, quando aliquid est tale, quod per se est sufficiens inducere ad finem; imperfectum autem bonum est, quod operatur aliquid ad hoc quod perveniat ad finem, non tamen sufficit ad hoc quod ad finem perducat: sicut medicina perfecta bona est, quae bonum sanat; imperfecta autem est, quae hominem adjuvat, sed tamen non sanare potest. Est autem scindendum, quod est aliud finis legis humanae, & aliud legis divinae: Legis enim humanae finis, est temporali tranquillitas civitatis, ad quem finem pervenit lex cohibendo exteriores actus, quantum ad illa mala que possunt perturbare pacificum statum civitatis; finis autem legis divinae est perducere hominem ad finem felicitatis eternae, qui quidem finis impeditur per quodcumque peccatum, & non solum per actus exteriores, sed etiam per interiores; & ideo illud quod sufficit ad perfectionem legis humanae (et scilicet peccata prohibeat, & penam apponat) non sufficit ad perfectionem legis divinae, sed operet quod bonum totaliter faciat idoneum ad participationem felicitatis eternae, quod quidem fieri non potest, nisi per gratiam spiritus sancti, per quam diffunditur charitas in cordibus nostris, que legem adimpleret; Gratia enim Dei, vita eterna, ut dicitur Roman. 6.

Hanc autem gratiam lex vetus conferre non potuit, reservabatur enim hoc Christo, quia dicitur Joan. 1. Lex per Moysen data est; gratia & veritas per Iesum Christum facta est; & inde est quod lex vetus bona quidem est, sed imperfecta, secundum illud Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex.

Secunda etiam pars conclusionis ab eodem S. Doctore supra quæst. 91. art. 5. in corp. sic declaratur & probatur: Attenditur perfectio & imperfectio legis, secundum tria que ad legem pertinent, Primo enim ad legem pertinent, ut ordinetur ad bonum commune sicut ad finem. Quod quidem potest esse duplex, scilicet bonum sensibile & terrenum; & ad tale bonum ordinabatur directe lex vetus, unde statim Exodi 3. in principio legis invitatur populus ad Regnum terrenum Chanaeorum. Et iterum bonum intelligibile & celeste, & ad hoc ordinat lex nova, unde

statim Christus ad Regnum cœlorum in sua predicatione principio invitavit, dicens pauperiem agite, apopinquavit enim regnum cœlorum, Matth. 4. Et ideo Augustinus dicit q. contra Faustum, quod temporalium rerum promissiones in Testamento veteri continentur, & ideo vetus appellatur, sed eterna vita promissa ad novum pertinet Testamentum. Secundo ad legem pertinet dirigere humanas actus secundum ordinem iustitiae, in quo etiam superabundat lex nova legi veteri, interiores actus animi ordinando, secundum illud Matth. 5. Nisi abundaverit iustitia restra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabit regnum cœlorum, & ideo dicitur, quod lex vetus cohiberat manum, lex nova animum. Tertio ad legem pertinet inducere homines ad observantias mandatorum, & hoc quidem lex vetus faciebat timore penarum: Lex autem nova facit hoc per amorem, qui in cordibus nostris infunditur per gratiam Christi, que in lege nova confertur, sed in lege veteri figurabatur 3. & ideo dicit Augustinus contra Adamantium Manichei Discipulum, quod brevis differentia legis & Evangelij, timor & amor.

Plura alia sunt in quibus lex nova veterem 21. superat, & lex Mosaica Evangelicæ inferior est. In primis enim lex Mosaica fuit imperfectior Evangelicæ, ex parte causa efficientis, nam licet utraque Deum Authorem habuerit, tamen lex vetus per Moysen, nova per Christum Deum & hominem data est; juxta illud Joan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Secundò fuit etiam imperfectior lex Mosaicæ, ex parte eorum quibus tradita fuit; nam lex nova lata est pro omnibus hominibus, & orbe universo, juxta illud Christi Matth. ultimo. Eentes docete omnes gentes, &c. At Mosaica soli populo Iudeorum lata est, ut docet D. Thomas hic quæst. 98. art. 4. & patet ex ejus proœmio Exodi 20. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, &c.

Tertiò lex Mosaica fuit imperfectior ratio 23. ne durationis, nam lata fuit ad tempus, usque ad Christi adventum, juxta illud Apostoli ad Galat. 3. Lex propter transgressionem posta est, donec veniret semen: Id est, lex Moysis lata est, ut transgressiones & peccata cohiberet, donec Christus Abrahæ semen veniret. Lex autem Evangelica in perpetuum, usque ad mundi consummationem, duratura est, juxta illud Christi Matth. 26. Hic est Calix Sanguinis mei, novi & eterni Testamenti. Ubi novum Testamentum, eternum appellatur, quia nullum unquam tempore antiquabitur, nullumque Testamentum illi succedit, ut docet Anselmus ad cap. 13. epistola ad Hebreos. Vel Testamentum eternum dicitur, et quod gratia charitatis, & gloria Testamentum sit, quæ tria sempiterna sunt. Unde Cajetanus ad Hebreos 8. Testamentum (inquit) novum, manet in eternum, eterna enim est gratia, quæ hic inchoatur, & in patria consummatur, semper novos reddens eos in quibus est.

Quarto, lex Mosaica fuit etiam imperfectior 24. ratione materiæ, nam ultra præcepta moralia juris naturalis, continebat alia plurima ceremonialia & judicialia, quæ difficillimum erat observare. Propter quod Petrus Act. 15. dicebat: Quid tentatus imponere iugum super cervices Discipolorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare possumus? Lex autem Evangelica pauca habet, præter moralia, vi legis naturalis necessaria. Unde Augustinus epist. 118. Levi iugo suo Christus nos subdidit, & sarcinælevi. Sacramentis numero

pauclissimis, observatu facillimis, significacione praestantissimis, societatem novi populi colligavit. Nec obstat quod in lege Evangelica sint aliqua præcepta difficultia, ut præceptum de unitate & indissolubilitate matrimonii, de necessitate confessionis, & similia; illa enim propter abundantiam gratiæ, quæ à Christo in lege nova conferatur, redduntur facilia, juxta illud Isaæ 10. In die illa auferetur onus eius de humero tuo, & jugum ejus de collo tuo, & computrescat jugum a facie olei.

25. Quintò lex Mosaica fuit imperfectior ex parte modiquo data est, fuit nam descripsa in lapidibus, ministerio Angelorum. At lex nova fuit scripta in cordibus & mentibus hominum, per ipsum Dei hominis verbum, cooperante Spiritu Sancto, per abundantiam gratiæ & illuminationis. De quo fufius sequenti art. 2.

ARTICULUS II.

An lex vetera fuerit à Deo data, & ubi, ac quomodo tradita fuerit?

26. Scilicet Manichæi, ut suprà diximus, negarunt legem Mosaicam fuisse bonam, sic etiam consequenter affirmarunt, non à Deo, sed à Diabolo data esse, ut refert Augustinus in lib. de hæresibus cap. 46. ubi ponit hoc eorum dogma: Deum, qui legem per Moysen dedit, & in Hebreis Prophetis locutus est, non esse verum Deum, sed unum ex principibus tenebrarum. Similiter Ptolomeus apud Epiphanius hæresi 33. allerebat Mosiacam legem datam fuisse à tribus, quorum nullus esset verus Deus, nempe partim à mundi opifice, quem Deum esse nolebat, sed numen quoddam secundarium; partim à Moysi, & partim à senioribus populi Iudaicæ.

27. Ex Catholicis vero Origenes homil. 16. in Numer. Hieronymus in cap. 19. Matthæi, circa illa verba: *Ad durioriem cordis vestri permisit vobis Moyses*, Hugo Cardinalis, & Beda ibidem, existimat, legem Mosiacam, comprehensam in Exodus, Levitico, Numeris, & Deuteronomio, esse quidem majori ex parte à Deo ipso traditam; veruntamen aliqua ejus præcepta fuisse lata à Moysi, ex propria ejus autoritate, proprioque arbitrio; cuiusmodi fuisse putant legem de libello repudi. Item Alphonsus Salmeron disp. 61. & 62. in Acta Apostolorum, docet legem Mosiacam, quæ parte continet præcepta ceremonialia & judicialia, non habere Authorem Deum, sed Moysen, qui ejus non solum promulgator, quoadhanc partem, sed & propriè author fuerit.

Demum aliqui sancti Patres, quos refert Baradas lib. 1. de prerogativis novi testamenti cap. 15. censent legem Mosiacam non fuisse datum à Deo Moyse, ministerio Angelorum, sed ab ipso Verbo divino, in aëro corpore viro, Moyli immediatè traditam. Quod etiam innuere videtur Ecclesia in una & sepius Antiphonis, quas ante natale Domini cantat in vesperis, in qua sic ait: *O Adonai, & dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparisti, & ei in Sina legem dedisti, veni ad redimendum nos in brachio extento*. Ut hæretorum error refellatur, & vera ac communis sententia declaretur, sit

S. I.

Prima pars quesiti resolvitur, & ostenditur legem veterem fuisse à Deo data, & omnia illius præcepta fuisse à Deo instituta.

Dico primò, legem veterem fuisse datam à Deo.

Conclusio est certa de fide, ac definita in Tri-

dente fess. 4. decreto de Canonicis scripturis,

ubi sic dicitur: *Omnes libros tam veteris quam novi*

testamenti, cum utrinque unus Deus sit auctor, Ecclesia

Catholica, pari pietatis affectu ac reverentia, suscepit & veneratur.

Colligitur etiam aperte ex

Scriptura, nam Christus Matth. 15. loquens de

lege Mosaica, appellat eam mandatum Dei,

cum ait: *Irritum fecisti mandatum Dei, propter traditiones vestras*. Et apostolus tamen affirmat,

Patrem Christi fuisse authorem veteris testamen-

ti, ut ad Romanos 1. & Hebreos 1.

Ratio etiam suffragatur, nam ut discurrit D.

Thomas hic art. 2. Eiusdem est proponere si-

nem, & disponere media ad finem: Sed lex

Evangelica est finis legis Mosiacæ, juxta illud

Apostoli ad Rom. 10. *Finis legis Christus*: Ergo

idem Deus, qui est author legis Evangelicæ, est

etiam author legis Mosiacæ.

Dices: *Opera Dei sunt perfecta*, ut dicitur 30.

Deuteronom. 32. At lex Mosaica non est perfecta,

ut articulo precedenti diximus: Ergo Deus non

est author illius.

C Respondeo quod licet lex Mosaica non sit

absolutè perfecta, quia deest illi aliquid quod

habet lex Evangelica, nempe virtus & efficacia

justificandi, & perducendi ad regnum cœlorum,

est tamen perfecta in suo genere; quia cum ex

suo genere debeat esse umbra seu figura legis

Evangelicæ, in eo genere nihil illi deest. Ita D.

Thomas hic art. 2. ad 1. ubi sic ait: *Nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamen*

est perfectum secundum tempus; sicut dicitur aliquis

puer perfectus non simpliciter, sed secundum temporis

conditionem: ita etiam præcepta que pueris dantur,

sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum

qui pueris dantur, et si non sunt perfecta simpliciter; &

talia fuerunt præcepta legis, unde apostolus dicit ad Galat. 3. Lex padagius noster fuit in Christo.

Dico secundo, omnia mandata, quæ sunt scrip-

ta in veteri lege, fuisse à Deo instituta, nec ul-

lum à Moysi propriè authoritate esse datum.

Probatur primo ex capite 20. Exodi versu 1.

ubilex Mosaike incipit tradi his verbis: *Locutusque est Dominus cunctos sermones hos, Ego sum Do-*

minus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti, de domo servitutis: non habebus Deos alienos coram me, non

facies tibi sculptile, &c. Deinceps vero traduntur

sub eodem tenore verborum omnia legis illius

præcepta, sive moralia, & ad Decalogum perti-

nentia, sive ceremonialia, & judicialia, repeten-

do subinde, & inculcando sèpius verba illa: Hac

dicit Dominus, aut: Locutus est Dominus ad Moysen

dicens, & Nam cap. 2. 1. versu 1. ubi præcepta ju-

dicialia tradi incipiunt, Deus si Moysi loqui-

tur: Hac sunt iudicia que propones eis: si emeris ser-

vum Hebreum, sex annos servier tibi, &c. Et cap. 2. 2.

versu 2. in quo de præceptis ceremonialibus ag-

itur, sic dicitur: Locutusque est Dominus ad Moysen

dicens: Loquere filii Israel, ut tollant mihi pri-

mitias. Ex quibus patet, non esse admittendam

distin-

d: actionem illam Salmeronis in præcepta De calogi, & in præcepta ceremonialia, quod illa fuerint immediate à Deo tradita, auctoritate, ut ipse loquitur, suppositi & virtutis; ista vero im mediatione tantum virtutis, inspirando scilicet Moyſi quæ vellet immediate ab ipso constituit auctoritate sibi à Deo data; hæc enim distinctione nullum habet fundatum in Scriptura, quæ locis relatis significat, omnia illa præcepta simili modo fuisse ab ipso Deo data, & Moyſi tradita, ut ea promulgaret.

32. Probatur secundo conclusio: Si aliquod præceptum legis fuisse à Moyſe propriâ auctoritate datum, maximè præceptum de libello repudijs: Sed ne quidem tale præceptum fuit à Moyſe propriâ auctoritate datum: Ergo omnia mandata veteris legis fuerunt à Deo instituta, nec ullum à Moyſe propriâ auctoritate datum fuit. Major est præcipuum fundamen tum adversæ sententia, Minor vero probatur ex eo quod per libellum repudijs dabatur facultas dis solvendi prius matrimonium, ut ostendemus in Tractatu de matrimonio disp. 2. At nullus hominum propriâ auctoritate potest dare talem facultatem, juxta illud Christi in Evangelio Matth. 19, Quod Deus coniunxit, homo non separat: Ergo præceptum de libello repudijs fuit à Deo institutum, non vero à Moyſe propriâ auctoritate datum.

33. Dices, Lex vetus vocatur lex Moyſis, Luca 2. Malach. 4. aliasque locis; & ipſe Moyſes non promulgator solum, verum etiam legislator fuisse dicitur à Clemente Romano, aliasque Patribus: Ergo aliqua hujus legis præcepta à Moyſe propriâ auctoritate fuisse tradita.

Respondeo iis locis quibus lex vetus Moyſis lex appellatur, vocari etiam legem Domini, aut aperte significari fuisse traditam à Dgo. Nam Luca 2. hic dicitur: Postquam impleti sunt dies purgationis ejus, secundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino sicut scriptum est in lege Domini: ad significandum scilicet, eandem esse legem Domini ut auctoris, & Moyſis ut promulgatoris: qui eadem de causa legislator vocatur à Clemente Romano, aliasque Patribus. Et Malach. 4. Deus sic loquitur: Memento legis Moyſi servi mei, qdā mandati in Horeb, ad omnem Israel, præcepta & iudicia.

34. Adverte autem, quod quando dicimus, legem Mosaiam esse verē divinam, & non hominum, sed Dei ipsius auctoritate immediate latam, loquimur de lege contenta libris Moyſis, ab Exodus ad Deuteronomium inclusivè; neque enim negamus, alias quasdam observationes & leges fuisse postea humana auctoritate additas, de celebrando quot annis festo Phurim Esther 9. & ne festo Scenopegia 2. Machab. 1. & similibus.

§. II.

Alia difficultas expeditur, & ubi, ac quomodo lex Mosaiaca data fuerit, breviter declaratur.

35. Dico tertio, lex vetus data est in monte Sinai. Patet ex illo Levitici 26. Hec sunt iudicia atque præcepta, & leges, quas dedit Dominus inter se & filios Israel in monte Sinai, per manūm Moyſi. Nec obstat quod Deuteronom. cap. 1. 4. & 5. & lib.

Tomus III.

A 3. Regum cap. 8. & Malach. 4. alibi que sapientius dicitur, legem veterem fuisse datam in monte Horeb. Hanc enim dissensionem bene componit D. Hieronymus in locis Hebraicis, verbo Horeb, dicens eundem montem duplici nomine fuisse nuncupatum, & nunc Sina, nunc Horeb appellatum. Addunt aliqui, verum ille esse, nomen Sinae fuisse nomen quasi appellativum illius montis, à vicino deserto, quod vocabatur solitus Sinai: nomen autem Horeb, fuisse proprium & præcipuum, magisque excellens partem illius significasse, à qua mons totus vocatus sit mons Horeb, & mons Dei.

Dico quartò, lex vetus fuit à Deo tradita

B Moyſi per Angelos, & ab eodem promulgata. Patet ex Scriptura, nam S. Stephanus Act. 7. 36. de Moyſe sic ait: Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum Patribus nostris, qui accepit verba vite dare nobis. Et ad Galat. 3. Apostolus dicit: Quid igitur lex? Propriæ transgressiones posuit eis, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Moyſis scilicet, qui de seipso ait Deuter. 5. Ego sequester & mediavi inter Dominum & vos in tempore illo, ut annunciatorem vobis verba eius. Et ad Hebreos 2. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, &c. Ubi per sermonem illum intelligit legem Mosaiam, ut patet ex verbis sequentibus: comparat enim idam cum lege Evangelica, & significat hanc esse differentiam inter legem veterem & novam, quod vetus tanquam lex servitutis tradita fuerit per Angelos, qui Dei servi & ministri sunt; lex autem nova, quia lex est gratiae, tradita sit per ipsum Dei filium.

Favent etiam SS. Patres, præsertim Dionysius lib. de coelesti Hierarchia cap. 4. ubi hæc scribit: Has divinas visiones, Patres nostri perceperunt per medianas celestes virutes. An non & sacram legislationem, eloquiorum traditio & velut per se quidem dicit ex Dgo. Moyſi donatam, ut etiam verè nos doceat, divinos eam esse & sacros characteres? Docet autem sapienter & hoc Theologia, per Angelos eum in nos provenire tanquam divino legitimo ordine, illud legale ponente, hoc est, per prima, secunda in divinum reduci.

Nec deest etiam ratio seu congruentia, quam assignat D. Thomæ hic art. 3. Lex enim vetus erat imperfecta, & quasi dispositio quedam ad legem novam: Ergo conveniens fuit, ut nova daretur à Christo Domino, velut autem à ministris. Sic enim fit in attributis ordinatis, ut supremus artifex per suos ministros disponat ea quæ necessaria sunt ad opus, ipse vero ultimam perfectionem adhibeat.

E Nihil obest, quod ille qui loquebatur Moyſi dicebat: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti. Hoc enim dicebat, non in persona propria, sed in persona Dei, quem repræsentabat. Unde Gregorius magnus in præfatione libri Job cap. 2. Angelus qui Moyſi apparuisse scribatur, modò Angelus, modò Dominus memoratur: Angelus propter hoc quod exterius loquendo serviebat; Dominus autem dicitur, quia interius præsidens loquendi efficaciam ministrat. Cum ergo loquens, ab interiori regitur, & per obsequium Angelus, & per inspirationem Dominus nominatur.

Michaëlem autem personam Dei tunc gelisse, cum lex lata est, multisque Angelorum milibus stipatum, in montem Sinai venisse, Pantaleo Diaconus docet apud Surium in encomio D. Michaëlis: Michael (inquit) Angelorum duktor longè

longe maximus, & excellens minister divine legis, que data fuit in monte Sinai, &c.

40. Plura vero mirabilia & terribilia in eo mōte contigerunt, cū Decalogi lex per illum promulgata est. Nam totus mons ardebat igne. Totus fumabat, quia ex igne, tanquam ex fornace, ascendebat fumus. Nubes densissima montem operiebat. Audiebantur tonitrua, micabant fulgura, & clangor tubæ seu buccinæ perstrepebat. Tum demum Angelus, tubali & horribili voce, Decalogum proclamabat, ut posset exaudiri à toto populo circumstante, id est, à tribus hominum millionibus, qui tunc aderant in circuitu montis.

41. Porro qualis fuerit illa buccina dispergit Interpretes. Judæi fabulantur fuisse cornu illius arietis, qui ab Abrahamo pro Isaac fuit immolatus, Genes. 22. Alii vero communiter aestimant, tubam illam fuisse æream, non corneam; & Angelum per collisionem aëris edidisse tam sonum, qualis ab inflata buccina, vel tuba prodire solet.

Sed quidquid sit de hoc, notandum est, duplum fuisse sonum illius tubæ seu buccinæ. Unum confusum, quo populus Judaicus evocabatur ex remotioribus castrorum partibus, ut veniret ad radicem montis in circuitu, & ibi legem Decalogi paulo post promulgandam audiret. Alterum distinctum & articulatum, quo Angelus in ipso monte existens, & Dei personam gerens, populo ad radicem montis jam collecto, Decalogum promulgabat.

42. Notandum etiam cum D. Augustino epist. 119. & Leone Papæ serm. i. de Pentecoste, promulgationem legis Moysæ, figuram fuisse promulgationis legis Evangelicæ, & eorum quæ tunc facta sunt. Nam primò sicut lex Mosaica promulgata est die quinquagesimo post Pascha, id est in die Pentecostes, sic etiam lex Evangelica, ut constat Act. 2. Secundò, sicut illa in monte Sinai, ita ista in monte Sion promulgata est, juxta illud Isaïæ 2. *De Sion exhibet lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Tertiò, sicut ibi auditæ sunt tonitrua & fulgura, ita hic factus est repente de celo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis. Quartò, sicut ibi apparuit ignis & fumus; ita hic apparuerunt dispergit lingua tanquam ignis. Quintò, sicut ibi timore percussi sunt Iudei, ita hic Apostoli. Demum sicut ibi Angelus clangore buccinæ verba Decalogi perstrepebat, ita hic tuba Evangelica Apostolorum ore insonuit, ejusque sonus in omnem terrarum orbem exiuit.

ARTICULUS III.

Quotuplicia fuerint præcepta in lege veteri?

43. Triplicia fuerunt præcepta legis Mosaicæ, moralia, ceremonialia, & judicialia. Ita D. Thomas quest. 99. Et colligitur ex illo Deuter. 5. *Loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias, atque judicia.* Et ex illo Pauli ad Romanos 7. *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.* Ubi Apostolus legem veterem vocat mandatum sanctum, propter ceremonialia, iustum, propter judicialia, bonum, propter moralia, ut observat S. Doctor art. 4. questionis citatae.

44. Ratio etiam suffragatur, finis enim lege Mo-

A saicæ erat dirigere populum Judaicum, & convenienter ordinare, tum in iis quæ spectant ad rectitudinem naturalem rationis humanae; tum etiam in iis quæ ad cultum divinum, & ad justam politiam pertinent. Ad primum data erant præcepta moralia; ad secundum, ceremonialia; ad tertium, judicialia. Et per hæc tria simul sumptu homo convenienter ordinatur circa seipsum, circa Deum, & circa proximum; ac per ea, si bene observarentur, Respublica Judæorum in felici & florenti statu conservanda erat, ut Deus illis promiserat Deuteron. 28.

Præcepta moralia (ut notat S. Thomas hic qu. 100. art. 11.) sunt in triplici differentia:

B quædam (inquit) sunt communissima, & adeò manifesta, quod sunt quasi fines præceptorum, unde in eis nullus potest errare secundum judicium rationis. Quædam vero sunt magis determinata, quorum rationem statim quiilibet etiam popularis potest de facilis vide; & tamen quia in paucioribus circa hujusmodi contingit judicium humanum perverti, hujusmodi editione indigent; & hæc sunt præcepta Decalogi: Quædam vero sunt, quorum ratio non est adeò cuilibet manifesta, sed to lum sapientibus. Et ista sunt præcepta moralia superaddita Decalogo, tradita à Deo populo per Moysem & Aaron. Sed quia ea quæ sunt manifesta, sunt principia cognoscendi ea quæ non sunt manifesta, alia præcepta moralia superaddita Decalogo, reducuntur ad præcepta Decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa: nam in primo præcepto Decalogi prohibetur cultus alienorum Deorum, cui superadduntur alia præcepta prohibitiva eorum quæ ordinatur in cultum idolorum; sicut habetur Deuteron. 18. *Non inventar in te qui iustret filium tuum, & filiam tuam, ducens per ignem, nec fit maleficus, neque incantator, nec Pythones consulat, neque Divinos, nec querat à mortuis veritatem.* Secundum autem præceptum prohibet perjurium: superadditur autem ei prohibitio blasphemiarum, Levit. 14. & prohibitio falsæ doctrinæ, Deuteron. 13. Tertio vero præcepto superadduntur omnia ceremonialia. Quarto autem præcepto de honore parentum superadditur præceptum de honorificatione senni, secundum illud Levit. 19. *Coram capite confurget, & honora personam seni;* & universaliter omnia præcepta inducentia ad reverentiam exhibendam majoribus, vel ad beneficia exhibenda, vel aequalibus, vel minoribus. Quinto autem præcepto, quod est de prohibitione homicidiij, additur prohibitio odii & cujuslibet molitionis, contra proximum; sicut illud Lev. 19. *Non slabis contra sanguinem proximi tui;* & etiam prohibitio odii fratris, secundum illud, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Præcepto au tem sexto, quod est de prohibitione adulterii, superadditur præceptum de prohibitione meretrici, secundum illud Deuteron. 24. *Non erit meretricix de filiis Israel, neque fornicator de filiis Israel;* & iterum prohibitio vitii contra naturam, secundum illud Levit. 18. *Cum masculo non commisceberis, cum omni pecore non coibitis.* Septimum autem de prohibitione furti adjungitur præceptum de prohibitione usuræ, secundum illud Deuteron. 18. *Non seneraberis fratri tuo ad usuram;* & prohibitio fraudis, secundum illud Deuteronomij 25. *Non habebis in sacculo diversa pondera;* & universaliter

ter

,, tēr omnia, qua ad prohibitionem calumnia
,, & rapina pertinent. Octavo vero praecepto,
,, quod est de prohibitione falsi testimonii, ad-
ditur prohibito falsi judicij, secundum illud
,, Exodi 23. *Nec in iudicio plurimorum acquiesce*
,, *sententia, ut à veritate devies;* & prohibito
,, mendacij, sicut ibi subditur, *mendacium fugies;*
,, & prohibito detractionis, secundum illud
,, Levit. 19. *Non eris criminator & suscurre in popu-*
,, *lū.* Aliis autem documentis (puta praecepto
,, de non concupiscenda uxore alterius ad cœ-
,, undum, & praecepto de non concupiscenda re-
,, qualibet, vel qualicunque possessione alterius
,, ad possidendum illegitimè prater consensum
,, ejus & voluntatem) nulla alia adjungantur;
,, quia per ea universaliter omnis mala con-
,, cūscentia prohibetur. Hac S. Thomas, quibus
differentiam praeceptorum moralium veteris
legis luculenter exponit.

46. Quoad praecepta vero ceremonialia, Gene-
brardus, sub finem Chronologie, ex Burgenis
& aliis Doctoribus, afferit, ea in antiqua lege
usque ad numerum sexcentorum tredecim ac-
cide; ex quibus erant ducenta quadraginta o-
cto affirmativa, tot scilicet quot sunt in homine
membra & ossa, & trecenta sexaginta quinque
negativa, quot in anno dies numerari solent.
Omnia tamen ad quatuor genera revocari pos-
sunt. Alia enim erant de sacrificiis, quorum tria
erant genera in antiqua lege, nempe holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, quo-
rum differentiam explicabimus in Tractatu de
virtutibus cardinalibus disp. 3. art. 1. ubi de re-
ligione agemus. Alia de Sacramentis, quæ varia
extiterunt in antiqua lege, tam pro laicis, quam
pro Sacerdotibus & ministris templi; ut Circumcisio, Agnus paschalalis, consecratio Sacer-
dotum, eius panis propositionum, ablutione ma-
nuum & pedum, rasio pilorum, & similia, de
quibus ait S. Thomas hic quæst. 102. art. 4. Item
in veteri lege quædam erant præcepta cere-
monialia de rebus sacris, quæ ad divinum cultum
tanquam instrumenta & adminicula ordinabantur,
inter quas istæ erant præcipue, Tabernacu-
lum, Arca foederis, contubernis duas legis tabulas,
virgam Aarons, quæ fronduerat, & urnam au-
ream cum manna; propitiatorium, quod erat
ad instar cuiusdam mensa ex auro purissimo,
mensa panum propositionis; altare thymianæ
seu incensi, in quo incendebatur thus, & alia
aromata suavissimi odoris; altare holocausti, in
quo omnes victimæ offerebantur; & demum
varia vasorum genera, siempe acetabula, phia-
la, thuribula, cyathi, lebetes, hydræ, mortario-
la, luteerna, &c. de quibus accuratè differunt Jo-
sephus lib. 3. antiquitatum, & Ribera lib. 3. de
Templo Salomonis. Denique in veteri lege ali-
qua erant præcepta ceremonialia de aliquibus
observantia legalibus, quibus ex decreto Dai-
populus Iudeorum discernebatur ab aliis Gen-
tibus, inter quæ præcipue erant, abstinentia à
suffocato, sanguine, pinguedine, carne suilla, ab
animalibus, quæ non haberent ungulam divi-
sam, sed solidam & unitam, quæque etiam non
ruminarent; manducatio panum azymorum,
lactucarum agrestium, & aliorum id genus quo-
rum significationem fuisse ac studiè explicat S.
Thomas quæst. 102. art. 5. Ejusdem generis ha-
cerant: *Non coques hædum in latte matris sua.* *Non*
arabis in bove & asino. *Veste que ex duabus texta est*
non indueris. *Non indueris vestimento, quod ex lana, li-*

A noque contextum est. Qui tetigerit mortuum, immuni-
dus erit usque ad vesperam.

De præceptis judicialibus abundè differit S. 47.

Thomas quæst. 104. & 105. ubi ea ad quatuor
capita revocat. Nam quædam prescribunt cer-
tum ordinem iustitiae inter Principem & popu-
lum, quædam inter ipsos cives; quædam inter
populum & extraneos; quædam denique inter
domesticos eisdem familia. Exempla passim
sunt in Scriptura: v.g. pro Principe dantur præ-
cepta quoniam creandus sit, quomodo se gere-
re debeat erga populum, & vicissim populus era-
ga illum. Similiter pro populo & civibus inter
te dantur præcepta emptionis & venditionis, &
aliorum contractuum. Pro extraneis dantur
præcepta de susceptione advenarum & pere-
grinorum, & de modo belli gerendi contra ho-
stes. Denique pro domesticis leges sunt de viro
& uxori, de parentibus & liberis, de dominis &
servis, de consanguineis & affinibus, antīt inter
eos in eunda matrimonia, & cetera alia.

Differunt autem hæc præcepta à moralibus, 48.

quod moralia ad legem naturæ proximè perti-
neant, judicialia vero valde remotæ, cum tan-
tum sint determinationes eorum quæ generali-
ter in jure naturali continentur: v.g. jure natu-
rali fures puniendi sunt, jure autem illo judicia-
li pena mortis eis infligitur. A ceremonialibus
vero tripliciter differunt. Primo, quia ceremoni-
alia pertinebant ad cultum divinum, judicialia
ad iustitiam cum proximo servandam. Se-
condo, quia ceremonialia per se primo instituta
erant ad Christum & mysteria Christianæ reli-
gionis significanda & figuranda, non autem judi-
cialia. Ex quo sequitur tertium discrimen,
nempe quod ceremonialia omnia desierint, imò
& mortisera sint; judicialia vero aliqua adhuc
remaneant, non quidem quatenus à veteri lege
sunt præscripta, sed solum quædenus sunt à Re-
gibus & Legislatoribus in utilitatem publicam
assumpta; alia vero mortua quidem sunt, non
tamen mortisera, cum absque peccato observa-
ri possint, ut ex dicendis articulo sequenti pa-
tebit.

ARTICULUS IV.

An, & quando lex vetus abrogata est?

§. I.

Prima pars quæsti resolvitur.

Dico primò, lex vetus de facto abrogata est, 49.
& defit obligare.

Conclusio est certa de fide, & definita ab A-
postolis in Concilio Jerusalimtano super hac
quæstione habito, eamque passim docet Paulus
in suis epistolis, præsertim ad Rom. 6. versu 15.
ad Galat. 3. versu 19. ad Ephes. 2. versu 14. & ad
Coloss. 2. versu 16.

Confirmatur ex illo ad Hebreos 7. Translato 50.
Sacerdotio necesse est ut legi translatio fiat: Atqui
Sacerdotium veteris legis translatum est in Sa-
cerdotium novæ legis, ut tota epistola ad He-
breos contendit Apostolus: Ergo & ipsa lex
translata est in novam, sicutque tandem abrogata,
de facto defit obligare.

Si autem queras, cur abrogata fuerit? Re- 51.
spondeo primò, illa abrogatam esse propter eā,
quod vetus testamentū imperfectū esset & infi-
mum.

mum. Unde Apostolus ad Hebreos 7. Reprobatio (inquit) fit precedentis mandati, propter infirmitatem & iniustitiam: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Secundò, quia grave jugum erat. Quam abrogationis rationem indicavit D. Petrus A. 15. cum dixit: *Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices Discipulorum, quod nec Patres nostri, nec nos portare potamus?* Tertiò, quia continebat tantum figuram, qua per Christum impleta sunt. Unde Bernardus homil. i. super Missus est: *Prodeunte fructu, non decidit, quia veritate apparente in carne, figura perransit.* Vel ut ait Hieronymus in cap. 4. ad Galatas: *Prinsquam Christum in toto orbe Evangelium coruscaret, habuerunt suum fulgorem precepta legalia; postquam vero maius Evangelica gratia lumen effusit, & Sol insitum toti mundo se prodidit, stellarum lumen absconditum est, & earum radii caligaverunt.* Similia habet Theodoretus ad Philippienses 3. ubi haec scribit: *Supervacaneus est Ichnus si Sol apparuerit, supervacaneus pedagogus iis qui perfectam acceperunt sapientiam; inutile lac nutricula iis qui solidi cibo vescuntur. Palea sert frumentum, sed postquam collectum est frumentum, palea evicitur; ita lex Christum ostendit, postquam autem est apparuit, ea est deinceps supervacanea:* Deinde Christus (teste Apolo ad Ephesios 2.) fecit utraque unum, id est ex duabus populis, Ethnico & Judaico, fecit unum ovile, ac proinde debuit dissolvere medium parietem legis Mosaicæ, qui separabat unum populum ab alio, & ambos unâ eadémque lege Evangelica concludere.

52. Dices, legem Mosicam in sacris litteris praedicari in æternum duraturam: Baruch. 3. *Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum.*

Respondeo cum D. Thoma hic quæst. 103. art. 3. ad 1. legem veterem duobus modis dici posse æternam: primò quoad præcepta moralia, quæ partim in Decalogo, partim vero in aliis Scriptura locis continentur; hæc enim semper vigent & vigebunt; cum sunt juris naturalis; secundò etiam quoad ceremonialia, quandoquidem licet hæc abrogata sint, quoad significacionem, durant tamen adhuc & durabunt, quoad rem significatam, nempe Christum & religionem Christiam. Addo quod, lex vetus ejusq; præcepta, vocantur æterna, quia ad tempus valde longum fuere statuta, & sine certo termino in ipsa legis promulgatione definito: Statuta enim & præcepta, quæ ita feruntur, solent vocari perpetua, in communii usu loquendi; eodem sensu, quo leges omnes dicuntur esse perpetuae.

S. II.

Altera difficultas expeditur, & quandonam lex vetus abrogata fuerit, breviter declaratur.

53. Dico secundò, legem Mosicam non cessasse ante Christi mortem. Ita communiter docent Theologi, paucis exceptis, qui volunt legem Mosicam cessasse ante mortem Christi in ipsa institutione Baptismi, per quam cessavit obligatio Circumcisio, & consequenter rotius legis Mosaicæ, cuius obligatio in illa fundabatur, & ab illa oriebatur, ut significat Paulus ad Galat. 3.

54. Probatur conclusio multipliciter: Primò quia lex Mosaicam umbratilis erat & figurativa, subindeque non cessavit, donec ejus umbra &

A figure implera fuerint. At ille non fuere impletæ usque ad mortem & passionem Christi, & antequam Christus jam expiratus diceret, Consummatum est: Ergo lex Mosaica non cessavit ante Christi mortem & passionem.

Secundò, Christus nique ad mortem legem servavit & servari præcepit; nam Matth. 8. leproso sanato præcepit ad Sacerdotem, ut secundum legem munus offerret quod Moyses mandaverat. Et Matth. 23. dixit: *Super Cathedram Moysi sederunt Scribe & Pharisei; omnia ergo quecumque dixerint vobis servare & facite.* Item pridie quam pateretur, cum Discipulis agnum paschalem immolavit: Ergo ante ejus mortem lex Mosaica non cessaverat, sed adhuc obligabat. Unde Lucas 22. dicitur: *Finit dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, &c. id est necessitate præcepit, quod Christus antequam moriatur, adimplere voluit.*

Tertiò, sicut translato sacerdotio, necesse est ut & legislatio fiat, ut ait Apostolus ad Hebreos 7. ita manente sacerdotio legem manere necesse est: Sed sacerdotium legis Mosaicæ non fuit translatum usque ad passionem & mortem Christi; 3. Apostolus enim ad Hebreos 9. affirmit prius tabernaculum habuisse statum, donec per Christi mortem propalaretur Sanctorum via: quamdiu autem tabernaculum nullum Mosaicum habuit statum, habuit & sacerdotium: Ergo lex Mosaica ante Christi mortem & passionem non fuit abrogata,

Quarto, testamentum vetus, quod est idem atque lex, non cessavit nisi per novum: Sed hoc non coepit obligare nisi per mortem Christi, eo quod testamentum non valeat, nisi intercedat morte testatoris, ut ait Paulus ad Hebreos 9. & probat Ulpianus l. 1. ff. de testamentis: Ergo testamentum non cessavit nisi usque ad mortem Christi.

Dicas primò, Lucas 16. dicitur: *Lex & Prophetæ usque ad Ioannem.* Et Matth. 1. 1. *Omnes Prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetaverunt:* Ergo lex vetus cessavit, quando Joannes Baptistæ prædicare coepit.

Sed nego consequentiam, sensus enim horum verborum est, quod lex & Prophetæ, usque ad Joannem, prædicterint Christum esse venturum; ille autem jam venisse ostenderit. Vel quod lex & Prophetæ, usque ad Joannem, promissiones temporales prædicaverint; exinde vero coepit evangelizari Regnum Dei, consilens in bonis spiritualibus: Hoc enim Christus dixit respondens Pharisæis ipsius irridentibus, quod minimum affectum erga divitias reprehenderet, earumque contemptum diceret; quasi in hoc dissentiret a lege & Prophetis promittentibus bona temporalia.

E Dices secundò, Baptismus qui est primum novum legis Sacramentum, fuit à Christo institutus ante mortem: Ergo præceptum Baptismi coepit obligare ante mortem Christi, subindeque præceptum Circumcisio obligare delit ante passionem Christi.

Respondeo, concedo Antecedente, negando consequentiam, quamvis enim Baptismus fuerit à Christo institutus ante mortem, non fuit tamen in præcepto nisi post passionem & resurrectionem Christi, ut docet D. Thomas 3. p. quæst. 66. art. 2. hos verbis: *Necessitas utendi hoc Sacramentum induit a fuit homini post passionem & resurrectionem;* tum quia in passione Christi terminata fuit figuratio

DE LEGE DIVINA VETERI.

577

figuralia sacramenta, quibus succedit Baptismus, & alia A sacramenta nova lega; sum etiam quia per Baptismam configuratur hominibus & resurrectioni Christi, & in quantum moritur peccato, incipit novam justitiam vitam; & idem oportuit Christum prius pati & resurgere, quam hominibus indicaretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni Christi. Unde licet instituto Baptismo, ante Christi mortem & resurrectionem, non fuerit circumcisio necessaria necessitate medii, cum ad delendum peccatum originale illa non esset unicum medium, sed ad hoc sufficeret Baptista; erat tamen necessaria necessitate precepti, nam ita ex auctoritate antiqua inserita, ut signum esset fiducium qui legem illam profitebarunt, illoque proinde ut, dum lex illa persisteret, necesse esset ex Dei precepto.

60 Dico tertio, legem Molaicam cessasse in ipso Christi morte & resurrectione. Est contra Scotum, Gabrielem Suarez, & alios, existimantes legalia non fuisse omnino & complectere extinta, nisi in ipso die Pentecostes, in quo facta fuit solemnis promulgatio legis Evangelica. Est tamen D. Thomas hic quæst. 10. art. 3. ad 2. ubi hæc scribit: *Mysterium redēptionis humani generis complētū fuit in paſſione Christi, unde tunc Dominus dixit, Conſummatum eſt, ut habeatur Ioan. 19.* & idem tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi jam veritate eorum consummata; in cuius signum in paſſione Christi, velum templi legitur esse ſeſſum. Matth. 27. & ideo ante paſſionem Christi, Christo predicante & miracula faciente, currebant simul lex & Evangelium; quia jam mysterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum; & proper hoc mandavat Christus Dominus ante paſſionem leproſo, ut legales ceremonias obſeruare.

61 Idem docent SS. Patres: Augustinus enim ser. 114. de tempore ſicavit: *Velum templi ſcinditur, quia synagoga honore nudatur, obſervatio antiqua diſſoluitur.* Ambroſius lib. 10. in Lucam cap. 23. Etiā velum templi ſcinditur, quo myſteriorum synagogae prophætatio declaretur. Cælarius homil. 6. in Paſchite, sub finem: *Velum templi ſcinditur. Velum ornamen- tum tabernaculi eſt: Coruſcante igitur gratia, Ecclesia difſicatur, synagoga deſtruritur.* Denum Leo Papa ſerm. 6. de paſſione, Caipham uestes proprias ſcidentem, quasi Christus blasphemasset, lepidè irride, dicens, *Pon. 3. Item legis mox interi- tur, per hanc uestium ſuaram triduorum, oſten- dille ſe mox ſui ſacerdotii honore ſpoliandum.*

62 Confirmatur ex communī conſenſu Hieronymi & Augustini in Epistolis quas ſibi mutud de legalibus ſcripſere, quibus docent, post mortem & resurrectionem Christi, legales ceremonias mortuas fuſſe, id eſt, vim obligandi amifite, quamvis Hieronymus exiſtimaverit, illas post mortem & resurrectionem Christi, nedum mortuas, ſed etiam mortiferas fuſſe, ad eoum quicunque ea tervasset (ſeclusa ignorantiā aut errore invincibili) peccasset; Ergo immetit & sine ſufficienti fundamento, Scotus & Suarez, ab illis diſſentient.

63 Potest inſuper concluſio quatuor rationibus invaderi. Prima eſt: Cūm lex Molaica umbratilis & figurativa fuerit, debuit adveniente veritate quam figurabant, ceſſare: Sed per Christi mortem & resurrectionem impleta fuerunt omnes figura antiqua legis, ut Christus jam mortuusfiguſificavit, cum dixit, *Conſummatum eſt.* Ergo in morte & resurrectione Christi lex Molaica ceſſavit, & penitus fuſſe abrogata. Unde Leo Papa ſerm. 7. de paſſione: *Vt umbra cederent corpori, anti-qua obſervantia novo excluditur sacramento; nō ſtia in-*

A boſſiam tranſi, ſanguine ſanguis auſertur, & ligula feſtitas, dum matatur, impletur.

Secunda: Christus in cœna ultima novum condidit testamentum, quod morte deinde & resurrectione ſuā confirmavit; Ergo vetus quæſi lenio jam confeſtum, accedente tunc novo, extinctum eſt. Consequens paret, valor enim testamenti posterioris, revocat vim prioris, quoiescumq; posterioris conditur ad revocandum prius, ut paret in humanis: Atqui novum testamentum conditum eſt, ut prius revocaretur, ut fatentur omnes, & docet Apoſtolum ad Hebræos 10. his verbis: *auſert primum, ut sequens ſtatuat.* Et cap. 8. *Dicendo novam, veterari prius. Quod autem an- tiqutat & ſtrenſus, prope interiū ſt. Ergo, &c.*

Tertia ratio: Ad Romanos 7. ex eo quod sumus liberati a peccato, inferit Paulus quod sumus pariter & a jugo legis exempti: Sed in morte & resurrectione Christi sumus a peccato liberati: Ergo & a lege veteri. Unde idem Apoſtolum ibidem ait, quod ſicut mulier in morte virilibera fit a lege matrimonii, ita synagoga in morte Christi, a lege obligatione liberata eſt;

Quarta ratio ſumitur ex illo Apoſtoli ad Hebræos 7. *Translatio ſacerdotio, neceſſe eſt, ut & legis translatio ſiat;* Ergo ceſſante ſacerdotio veteris legis, ipam quoque legem veterem ceſſasse necesse eſt; quandoquidem juxta Paulum & rei ve- ritatem, erat connexio & concomititia nec- fariā inter legem & ſacerdotium: Atqui ſacerdotium veteris legis, in ipso Christi morte & resur- tectione ceſſavit; tunc enim ſacerdotium Aaroni- cum totaliter fuit evançiatum, & in ſacerdotium Christi translatum, ut colligatur ex illo Apoſtoli ad Hebræos 9. *Christus aſſidens Pontifex fu- ritorum bonorum, per amplius & perfectius tabernacu- lum non manuſactum, id eſt non huīus creationis, ſed per proprium ſanguinem intravit ſemel in sancta, aeterna re- demptione inventa;* Ergo lex vetus in ipso Christi morte & resurrectione ceſſavit; & penitus abrogata eſt, etiā in quod precepit moralia; nam quāvis hæc etiam nunc retineant vim obli- gandi, non tamen quatenus præcepta legis Mo- laicæ ſunt, ſed quatenus ſunt præcepta legis na- turalis, quorum obligatio perpervua eſt.

64 Dixi autem, in ipso Christi morte & resurrectione, quia cūm lex vetus non ſolum paſſionis & mortis Christi, ſed etiam ejus resurrectionis fi- gura & umbra exiterit, ante resurrectionem Christi nondum fuit perfecte completa, nec proinde totaliter extinta. Tum etiam, quia la- cerdotium Aaron, quod erat proptimum legis ve- teris, non debuit aboliri, donec ſacerdotium Christi eſſet conſummatum, & in perfectione arque indeſtitilitate conſtrutum, quod non habuit usque ad ejus resurrectionem, in qua ip- ſe Christus vitam immortalem & indeſtitili- lem reaſumpti; unde tunc ſolum adimplēta tui hæc prophetia Davidis: *Tu es ſacerdos in aet- num ſecundū ordinem Melchisdech.* Adde, quod obligatio Baptismi, qui eſt totius legis Evangelica fundamentum, cōpīt ſolūm post resur- tectionem Christi, cum ipſa die reſurrectionis, Christus ejus preceptum propoſuerit, dicendo Apoſtoli: *Eantes quæcete omnes gentes, baptizate antea eos,* &c. Ergo tunc ſolūm & non antea ceſſavit lex vetus.

65 Contra istam conclusionem objicitur Ad- verſarii: Lex Molaica non prius defit, quām E- vangelica cōperit obligare, cum generatio iſtū, ſit corrumpit illius, juxta illud Apoſtoli ad Ephes. 2. *Adad ad Le-*

Tomus III.

DISPV TATIO VNDECIMA

578

2. Legem mandatorum decreti evançans, id est legem Mosaicam decretis Evangelicis excludens, ut texponunt Chrysostomus, Theophilactus, & Oecumenius ibidem; Atqui lex Evangelica non cœpit obligare ante diem Pentecostes: Ergo ante illum diem lex Mosaica obligare non desit. Majorem ut certam supponunt. Minorem vero sic probant Lex ante tui promulgationem non obligat, ut docet S. Thomas super quæst. 90. art. 4. Sed lex Evangelica non fuit promulgata ante Pentecosten: Ergo ante diem Pentecostes obligare non cœpit. Minor probatur, nam quia usq; ad tempus Pentecostes Apostoli non propulsarunt populo publicè Evangelium, tam etiam quia que madmodum lex verus non fuit promulgata, nisi quinquagesimo die à Pascha. Iudæorum, ita non debait lex nova promulgari, nisi post quinquaginta dies à Paschate sive resurrectione Christi promulgationem enim legis Mosaica, figuram fuisse promulgationis legis Evangelicæ, sicut art. 2. in fine ostentum est.

69. Huic argumento quod est principium Adversiorum fundamentum, respondeo, concessa Majori, negando Minorem, & ad illius probationem dico, duplum esse legis promulgationem, unam essentialē, & legi sufficientem, quae sit quando p. incepit ut publica persona illam proponit & intimat suis subditis in curia existentibus altera solemnis & accidentalis, arque ad tollendam subditorum ignorantiam ordinata; quæ sit cum lex à pracone per singulas provincias, aut per omnes principias civitates publicatur. Quamvis ergo lex Evangelica hoc secundo genere promulgationis, solum in die Pentecosten promulgata fuerit ab Apostolis ut Christi præconibus; ipso ramen die resurrectionis fuit à Christo proposita & intimata Discipulis, his verbis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Unde à die resurrectionis copiæ habere vim legis ex se obligantis, quamvis haec promulgatio non sufficeret ad tollendam ignorantiam illius, nec proinde ad reddendum homines inexcusabiles ab eis transgressione. Ex quo patet ad primam potentiam Minoris. Ad secundam vero similiiter dico, legem Mosaicam promulgatione sufficienti ad rationem legis fuisse promulgatam ab eo tempore quo Deus eam dedit Moysi in monte Sina, tunc enim locutus est Deus ut Princeps & Legislator, subindeque ex eo tempore præcepta illius legis lata à Deo vim legis habuerunt, adeo ut ipius publicatio facta deinceps a Moylo toti populo, non haberet vim promulgationis necessariae ad essentialiam legis, sed tantum declarationis, ne homines ignorantes ab eis obligatione exculpati possent. Quare licet publicatio illa veteris iugis facta per Moylum, fuit figura promulgationis legis Evangelicae facienda per Apostolos in die Pentecosten, hinc tamen non sit, istam fuisse necessariam, ad rationem & essentialiam legis Evangelicæ, sed tantum ad tollendam ignorantiam ipsius.

Ad solutionem alterius argumenti, quod contra nostram conclusionem fieri posset, Advertendum est, quod licet à passione & resurrectione Christi, usque ad Evangelii divulgationem, lex antiqua mortua fuerit, ita ut nec obligaret, nec vim obligandi haberet, non tamen per se fuit erat inutilis, licet & modò, sed quandiu permanuit ejus bonitas, & non fuit mortifera, pueri Iudeorum recipientes circumcisioinem, à peccato originali justificabantur, illici qui bona fide

A legem illam observabant, salvabantur, divinam namque bonitatem decibant, ut quandiu sustinuit legem illam, non ante ejeus utilitatem, ut prodebet illis, qui bona fide illam observabant, unde pro illis valebat dispensatio & permisso per legem data, repudiandi uxorem legitimam, & ducendi aliam, vel habendi plures simul.

ARTICULUS V.

Vtrum lex Mosaicæ statim atque cessavit obligare, fuerit mortifera?

Par tem affirmantem tenuit olim D. Hieronymus, ut constat ex Epistola ejus ad Augustinum, quæ inter Epistolas ipsius Augustini conseruator undecima; distinguunt enim solum tempora, una ante passionem Christi in quo legalia non erant mortua, quasi non habentia obligatoriam, aut expiativam, pro suo modo; nec etiam mortifera, quia non peccabant ea observantes; alterum post passionem Christi, in quo non solum mortua (id est non habentia virtutem & obligationem) sed etiam mortifera fuerant, ita scilicet quod peccarent mortaliter quicunque ea observarent. Oppositum docuit Augustinus Epist. 9. & 19. ad Hieronymum, ubi distinxit tria tempora. Unum ante Christi passionem, in quo legalia neque erant mortifera, neque mortua. Aliud post tempus Evangelii divulgati, in quo legalia sunt mortua & mortifera. Terium autem est tempus medium, scilicet à passione Christi, usq; ad divulgationem Evangelii, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea observare tenebatur; non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui ex Iudeis conversi erant ad Christum, poterant illa licet observe, dum modo non se posserent. Spem in eis, quod ea repudiantur necessaria ad salutem, quasi sine legalibus fides Christi justificare non posset. Augustinum fecit est D. Thomas hic quæst. 103. art. 4. ad 3. aliisque Theologi communiquerunt, cum quibus

Dico, legem Mosaicam non fuisse mortifera statim atque cessare cœpit illius obligatio, sed a quo tempore post illius abrogationem, fuisse licet servare illius præcepta ceremonialia, quamvis non esset necessarium.

Probatur efficaciter, quia ipsimet Apostoli superauit ceremonialia illa in locis, ubi jam lex Mosaica desierat obligare, facta jam sufficienti promulgatione legis Evangelicæ: ut patet ex Actorum 16, ubi Paulus Timotheum ex patre Gentili natum circumcidit; & cap. 18, ubi more Nazariorum totundit caput in Cenchris; & c. 21, ubi de consilio Jacobi Apostoli & seniorum, ipsis est legali purificatione cum Iudeis, ut illos sibi conciliaret, & purificatus cum illis templum ingressus est. Demum cap. 15, ejusdem libri, in Concilio Apostolorum statutum fuit, ut Christiani abstinerent à luctu, & à luffocato, quæ una erat ex ceremonialiis legalibus.

Respondeo D. Hieronymus Epistola citata, nunquam in Apostolos post resurrectionem Christi legalia obseruisse secundum veritatem, sed solum ex quadam pia scrutatione, ne scilicet alizarent Iudei, & eorum conversionem impiderent.

Vero a illa ceremonia illæ tunc fuisse mortifera, ut scilicet Hieronymus, non potuisse licet usus.

usurpari similitudinem ab Apostolis; quia contra fidei professionem est, ut culta superstitione & profiteri exteriori factum religionem; cuiusmodi erat religio Judaeorum quoad cultus illos, si jam erant superstitionis & mortifici. Item si liquisset Apostolis uti similitudinem cultu superstitionis Judaismum, ut eos lucrarentur, quemadmodum ait Hieronymus, liquisset huius minister uti similitudinem cultu superstitionis Christianum, ut facilius converterentur; & nunc etiam si ceteret uti cetero quibus Judaicis, similitudine eorum fidem, ut eos lucifera ceremus, sicut contra Hieronymum recte argumentatur S. Augustinus Epistolis citatis. Addit S. Thomas loco supra citato, *Inde enim videri quod Apostoli ea occultaverunt propter secundum alium, quae pertinent ad veritatem sita & doctrinam & quod similitudine uteretur in his quae pertinent ad salutem fidelium.*

73 Potest insuper suaderi conclusio optimam congeneria, quia utitur D. Augustinus ad probandum post apostolam rationem legis Mosaicę, per aliquod tempus fuisse licitum legalia servare, ulque ad sufficiendum divulgationem Evangelii, quamvis non esset necessaria. Sicut enim (inquit) solemus homines mortuorum aliquando ante sepulturam servare, ut cum honore sepulture tradantur; ita decet legalia, quae ut viva post Christi mortem servarim non poterant, ut mortuorumque ad perfectam in Evangelii divulgationem servari, ut cum honore mortuorum mater synagoga sepeliretur, & ne homines existimarent, si ea statim rejeccerent, veterem legem fuisse abominabilem, perinde ac Gentilium cultum, quem nulla unquam mortuorum servaruntur Apostoli voluerunt.

74 Dices, si licitum erat post abrogationem legis Mosaicę per aliquod tempus legalia servare, non potuit rationabiliter Paulus ad Galatas 2. reprehendere Petrum. Apostolum, quod illa usurpare, lege a gentilibus Antiochenis recente conversis segregaret, ut viventer Judaeis cum Judaeis, qui Ierosolymis a Jacobo ad venerantur. Atqui Paulus iure reprehendit Petrum, qui ut dicitur ad Galat. 2. reprehensibilis erat: Ergo post abrogationem legis Mosaicę, non licitum fuit servare legalia.

Respondeo, negando sequelam Majoris, Petrus enim iure fuit reprehensus a Paulo, non quod simpliciter uteretur ceremoniis Judaicis, post abrogationem legis Mosaicę [quod ipsum & Paulus sapienter fecerat, ut supra ostendimus] sed quod uteretur cum aliis imprudente & scandalo infirmorum, adē ut Christiani ex ejus facto inducuntur ad existimandum observationem legalium esse adhuc necessitatem, & ita quod dammodo cogentur iudicari, ut significante verba illa Pauli ad Petrum ad Galat. cap. 2. Si tu Iudeus cūm sis gentiliter vivis, & non Iudeus, quomodo cogit genitus judas, re? Solutio est D. Thomas hic 90. 103. art. 4 ad 2 ubi haec scribit. Non peccavit Petrus in hoc, quod ad tempus legalium observabat, quia hoc sibi licet tanquam ex Iudeo converso, sed peccabat in hoc, quod circa legalium observantium nimis diligeret, & abibebat, ne se scandilizaret Iudeos, ita quod ex hoc sequeratur Gentilium scandala.

75 Quares, quo praeceps tempore experitplex Mosaicę esse mortifici?

Respondeo hoc usū dubium & incertum, valde tamen probabile esse quod plerique Theologoi docent, illam solūm cypsilis esse mortificram quadragebita circiter post Christi mortem anno, postquam Evangelium sufficienter jam totum Judaeis promulgatum fuit per Apostolos,

Tom. III.

templumque Ierosolymitanum, una cum statu Republicæ Judaicæ a Romanis Imperatoribus eversum, tunc enim non erat amplius necessarium deferre honorem Synagogæ jam extintæ, aut uti condescensu erga Judæos, tandem Dei vocationi rebelles.

DISPUTATIO XII.

De Legi Divina nova.

Ad quæst. 106. D. Thome, & duas sequentes.

Hancen de lege veteri, quam Deus olim Angelorum ministerio dedit Moysi, in monte Sina, totique populo Judaico, nunc de lege, quam Christus tulit, & Ecclesia haec tradidit, ac per gratiam Spiritus sancti fideliū cordibus indidit, quæ variis solet nominibus nuncupari. In primis enim lex nova seu novum Testamentum appellatur, eō quod sic ut exorto, tota facies terræ renovatur, iuxta illud Poëta Ecloga 3.

*Nunc omnis ager, nunc omnis partur arbor;
Nunc frondes cylba, nunc formosissimus annus.*

Ira adventente lege gratia, omnia penitus in novata sunt, secundum illud Apostoli ad Cor. 5. *Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia nova.* Unde ibi Chrysostomus: *Rerum, inquit, pices iam mutata sunt, ut anima nova, & corpus novum, & novum adorationis genus, & pollicitationes nova, & testamentum, & vita, & mensa, & vestis, & uno verbo dicam, omnia nova sunt.* Et Nicetas in Commentario Orationis de encanis D. Gregorii Nazianzeni: *Eft, ait, canitum novum allegorie, novi Testamenti cantio; tunc enim omnia facta sunt, & creatura nova, & nova homo, & vita nova, & nova mandata, & nova gratia, & nova pollicitatio. Similiter Theophilactus 2. ad Corinth. 5. *Vetus peccatum transiit, novaque nobis anima, & novum corpus factum est, & pro Iudeo u omnibus, novæ nobis facta sunt omnia.* Demum Gregorius magnus homili. 32 in Evang. Novi hominem in mundum, nova praecpta dedit in mundo, & vita nostra veteri, contraria agentem oppoedit novitatu sue.*

Secundò lex Evangelica appellatur, quia, ut ait Author operis in perficitua Mart. Evangelium est bonum munus; *Bona autem omnibus nuncianitur, quando promittitur eu beatitudine, celestia, peccatorum remissio, adoptio filiorum, mortuorum resurrectio, immortalis vita, hereditas regni celesti, possit gloria semperagna, societas Angelorum, & communicatio Spiritu, & fraternalis Christi, & paternitas Dei.*

Dicitur tertio, lex gratia, quia vi iusta, & ratione sui status, dat gratiam sanctificantem & auxiliaria gratia. Unde Apostolus ad Romanos 1. *Non enim erubescit Evangelium, virtus enim Dei est in sattem omnium credenti.* In quem locum haec scribit Anselmus: *Virtus, quia gratiam praefat, per cuius auxilium valamus facere quod præcipit.* Eademque de causa vocatur etiam lex Spiritus vestrum, & lex libertatis, quia liberat a lege, & servitute peccati. Velebit, an quia liberat ab onere legis Mosaicę.

Quarto, vocatur lex fidei, propter maiorem expressionem, & determinationem articulorum fidei, Trinitatis, Incarnationis, &c. Et lex gratia propter efficaciam sacramentorum, ut ait san-

Dddd 2. Cus